

g 3. simp. 14.
h 3. simp. 15.

i 4. de tuend.
fan. 5.

K 1. simp. 1.

l 5. simp. 1.

citur improprie & proprie: Improprie vel quatenus sensu simplex apparet, natura tamen est compositum, non ratione diuersarum substantiarum, sed ratione diuersarum facultatum. Exemplum, gallorum veterum huius ventrem lenit: at caro eundem sistere potest. In æris squama duplex qualitas & facultas, adstringens & mordicans. Adstrictione carnes ulceratas siccatas, cicatrice obducit: Mordicatione vero præhumidas colliquat. Vel simplex dicitur, non quod tale sit, quale natura produxit, sed quod paucioribus simplicibus constet, ut diatrion pipereon i simplex, ad differentiam alterius medicamentosi vocatur. Apud Actuarium & Mesuen oxymel simplex ad differentiam compositi: apud Mesuen oxymel squilliticum simplex ad differentiam compositi: sic apud Nicolaum oxysacchar simplex, & plura eiusmodi. Proprie simplex dicitur, quod secundum suam naturam syncerum est: Galenus sic definit: ἐστὶ δὲ ἀπλὴν φάρμακον, τὸ κατὰ τὴν ἑαυτῆς φύσιν ἔχον εὐλικεῖνός, h. e. quod tale est, quale natura produxit sine alterius rei mixtione: vel quod nequicquam ex nostra industria assumpserit l ut rosa, absynthium.

Medicamentorum materia unde sumatur.

C A P. III.

a 1. de comp.
med. s. g. c. 2.
6. simp. 1.
b 3. comp.
med. s. gen. 2.
c in cant.
par. 1. tract.
1. text. 25.

Medicamentorum materie desumuntur secundum Galenum a vel à stirpibus, vel à metallis, vel animalibus: vel ut alibi b à stirpibus, animalibus, metallis, & aliis terreis corporibus. Quare tres constituuntur à Galeno & Auicenna c fontes: Plantæ,